



**R.P. Petri Leurenii Societatis Jesu, SS. Theologiæ
Doctoris, & SS. Canonum Professoris Vicarius Episcopalis,
Sive Tractatus Quaternarius Per Quæstiones & Responsa
Canonica Deductus**

Leuren, Peter

Coloniae Agrippinae, 1708

132. An Vicarius generalis in spiritualibus, si sit sacerdos, ex officio suo
generali sine speciali mandato absolvere poñit omnes diæcæsanos à
casibus Papæ aut Episcopo non reservatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74203](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74203)

Vicarii Episcopi.

51

poteſt excommunicatus adire Archiepiscopum, vel ejus Officiale per viam querelæ, & tunc absolvi debet excommunicatus ante cauſa cognitionem, recepta prius ab ea idonea cautione de ſtando juri, & parendo mandatis. Sbroz. tit. q. 178. num. 9. & 10. citans c. venebitibus, & ibi Gl. Jo. And. juncto c. cum desidero, defent. excommun. & Abb. in c. ad reprimendum. & in c. per tuas. & in c. ab excommunicato. Quod verò dicitum, quod excommunicatus nulliter absolvī debeat, eftad cautelam; de neceſſitate enim auditur. excommunicatus nulliter non petita abſolutione Sbroz. num. 1. ex Abb. in c. per tuas. num. 3. & 9. contumax tamen excommunicatus absolvī non potest, niſi præſtitā dicta cautione de ſtando juri, & ſolutis expenſis. Ubi tamen probatur contumax, non verò, ſi ſolum præſumatur contumax. Sbroz. num. 12. citans Innoc. in c. prudentiam de off. delegat. Covar. in c. alma mater. p. 1. §. II.

Quæſtio 130. An Vicarius poſſit abſolvere à casib⁹ Episcopo reſervatis?

1. R Eſpondeo: ſine ſpeciali commiſſione Episcopi nequid ejus Vicarius generalis, dum Sacerdos eſt, abſolvere à casib⁹ teu peccatis Episcopo reſervatis; quia hæc potestas non venit in generali commiſſione officii Vicariatus. c. de panis. & remiſſi. in 6. Pith. ad tit. de off. Vicar. num. 26. Ventrigl. Tom. 2. annot. 14. §. 1. num. 30. Pax Jord. l. 3. tit 4. num. 12. citans Rebuſſ. in pr. benef. tit. form. Vicar. num. 170. Piacel. p. 2. c. 2. num. 15. Barbos. Iuris eccl. l. 1. c. 15. num. 25. citans Uglolin. de off. Episc. c. 4. §. 7. num. 2. Gallet. in margarit. casuum. v. Vicarius. Sbroz. l. 2. q. 19. num. 2. & 3. Sed neque id ipſum ſine ſpeciali concesſione committere poſteſt aliis ob eandem rationem. Pith. l. cit. neque per ſe ipſum, neque per alium id poſterit, etiam ubi Vicarius prædeceſſor talem poſteſtatem habuifſet. Ventrigl. l. cit. citans Genuenſ. in prax. Eed. q. 278. Merroll. Th. mor. p. 3. diſp. 7. c. 6. dub. 17. n. 408. Quid si tamen Vi. arius generalis citra talem ſpeciali commiſſionem ſibi factam abſolvere tentat, adeoque egift nulliter, non tamen incurrit ſententiā ſequam; ſiquidem Clem. 1. deprivileg. abſolventibus à casib⁹ reſervatis Episcopo intentans excommunicationem, loquitur tantum de regularibus, non autem de ſecularibus. Pax Jord. loc. cit. juncto num. 10.

2. Muſtoque jam minus Vicarius Episcopi ſine ſpeciali commiſſione poſteſt abſolvere à casib⁹ Papalibus ſeu Papæ reſervatis, qui per accidens ad Episcopum devolvuntur ob impedimentum ſeu diſſicultatem adeundi Papam, vel ex ſpeciali privilegio Episcopis in perpetuum confeſſo, quale habetur in Trident. ſeff. 24. c. 6. nam eo ipſo, quod talia ad Episcopum jure ordinario & communi non ſpectant, non competunt etiam Vicario ex commiſſione generali ſive communi. Pith. loc. cit.

3. Poſteſt nihilominus Episcopus non tantum in cauſa particulari, ſed etiam generaliter alteri perſonæ idonea, adeoque muſto magis Vicario ſuo, delegarē poſteſtatem à casib⁹ ſibi reſervatis. Item à casib⁹ Papalibus, qui per accidens ſunt Episcopales, vel ex ſpeciali privilegio ad eos ſpectant. Pith. loc. cit. citans Sanch. de matrim. l. 2. d. 40. num. 17. Navar. l. 5. de privileg. conf. 11. num. 4. ea ſiquidem, quæ ad jurisdictionem ordinariam ſpectant, poſſunt abſolute & generaliter delegarī; ejusmodi autem facultas abſolvendi tranſeat in jurisdictione

P. Leuren. Vicarius Episc. Tract. I.

tnem ordinariam, cum ſit annexa Episcopali digniati in perpetuum. Unde licet opus ſit ſpeciali delegatione ſeu commiſſione, cum non competent Vicario ratione generali officii ſui ſeu Vicariatus, prout dicitur in Trident. l. cit. poſterit tameu illi delegarī generalis facultas abſolvendi ab hujusmodi cauſib⁹, quotiescumque occurruunt. Ita ferè Pith. l. cit. quod verò Vicarius dum ex ſpeciali commiſſione habet hanc facultatem generali abſolvendi à diſtis cauſib⁹, poſſit eam iubidelegare alteri, faltem hic & nunc abſolvendi à tali cauſa, ex eo ſequi videtur, quod ubi Princeps, quæ ſunt ordinariae jurisdictionis, delegarat alteri, hic subdelegare poſfit. Unde jam ſequitur, quod ſi Vicarius ipſe incederit in cauſum reſervatum Episcopo ſeu Episcopalem, abſolvī poſſit ab eo, cui Vicarius hanc poſteſtatem ſubdelegavit. Barbos. loc. cit. citans Ugo. Lin. de Episc. c. 39. num. 2. Floron. de cauſib⁹ reſerv. pp. 1. c. 3. §. I. num. 1. Dian. refol. mor. p. 1. tract. 4. reſol. 142.

Quæſtio 131. An Vicarius habens ſpeciale mandatum abſolvendi à casib⁹ Episcopo reſervatis, vel etiam Papalibus Episcopo comiſſis, poſſit vi illius abſolvere ab hereti in foro conſciencie?

R Eſpondeo negativè: Pith. cit. num. 62. in fine. citans Navar. l. 1. de confit. conf. 1. n. 89. Laym. de jurisdictione ordinari. conclus. 96. Item Sbroz. l. 2. q. 20. juxta expreſſum textum Trident. ſeff. 24. c. 6. ubi, poſquam voluit, licere Episcopis in quibusdam cauſib⁹ occultis, etiam Se. li. Apostolica reſervatis, quoſcumque ſibi ſubditos in Diocesē ſua per ſe ipſos aut Vicarium ad id ſpecialiter deputandum in foro conſciencie gratis abſolvere, &c. subdit: idem & in hereti criminis in eodem foro conſciencie ciuantum, & non eorum Vicarius ſit permiffum, &c. Unde jam etiam ab Episcopo hanc facultatem abſolvendi ab hereti non poſſe concedi Vicario videtur. Et ſic expreſſe tenet Barbos. de poſteſt. Episc. allegat. ſ. 4. n. 86. ubi: nec de licentia Episcopi poſteſt ſubditos à criminis hereti abſolvere Vicarius.

Quæſtio 132. An Vicarius Episcopi generalis in ſpiritualibus, ſi ſit ſacerdos, ex officio ſuo generali ſine ſpeciali mandato abſolvere poſſat omnes Diocesanos à casib⁹ Papæ aut Episcopo nos reſervatis?

1. R Eſpondeo affirmative: Barbos. l. cit. num. 92. ubi: ipſe Vicarius generalis ex vi mandati generali poſteſt fidelium confeſſiones audire. Citat Ricciū in pr. aurea. refolut. 284. Monet. de committ. ultim. volunt. c. 7. num. 42. Pith. cit. num. 62. in fine. citans Sanch. de matrim. l. 3. d. 29. num. 15. Laym. in c. ſicet. de off. Vicar. in 6. num. 4. citans Sylv. in ſum. v. confeſſor. Henrīc. l. 6. c. 13. num. 3. attingens de communi praxi. Eſt enim Ordinarius totius Diocesēſ, & ſuperior Parochorum, ut AA. citati; & venit nomine proprii Sacerdotis, cui peccata ſemel in aucto confienda, non ſolam Parochus preſbyter, ſed & Episcopus, & legatus in provincia, & Vicarius generalis Episcopi. Sbroz. l. 2. q. 14. num. 2. Unde jam fruſtrane ponitur à Sbrozio loc. cit. num. 3. hac declaratio; nempe quod id poſſit Vicarius, ſi ab Episcopo habet ejuſmodi poſteſtatem; cum eam, ut diſtum, habeat ex generali commiſſione Vicariatus.

E 2

2. No

2. Notandum tamen hic, quod habet Pignat. Tom. 3. consult. 8f. num. 2;8, nempe quod Vicarius audire nequeat confessiones monialium; quia moniales de ipso non considerent, ut declaravit S. Congregat, in Sorana 23. Julij. in Mutinensi. 3. Februarii 1587. Quamvis non satis declarat Pignatelli, an loquatur de Vicario Episcopi, an de Vicario quodam alio.

Quæstio 133. An quoque sine speciali commissione Episcopi concedere posset alii Sacerdotibus [intellige non Parochis] hanc absolventi potestatem?

Respondeo affirmativè. Barbos. l. cit. num. 91. citans Sanch. de matrim. l. 3. d. 29. num. 14. Monet ubi ante. Ventrigl. Tom. 2. annos. 14. §. 1. num. 28. Laym. Pirh. locis cit. & alii ab iis citati, ob eandem rationem. Item Sbroz. l. 2. q. 13. n. 2. ubi: quero an Vicarius Episcopi concedere posset facultatem alii cui Sacerdoti exequenda ea, que sunt fori penitentialis, & respondeo, quod sic. citat pro hoc Abb. in c. his que. & in c. cum olim. de major. & obed. Bertach. tract. de Episc. p. 3. q. 61. Rebuff. in pr. benef. tit. form. Vicar. num. 46. & 171. quos tamen ait, id declarare, quando Episcopus ei dedisset ad hoc speciale mandatum. Verum illo speciale mandato opus esse non constat ex dictis.

2. Procedit responso in Vicario Episcopi etiam non Sacerdote; et si enim is per seipsum absolvere nequeat, non tamen minus in committenda illa abolitione alijs exercet jurisdictionem suam ordinaria, quam Vicarius Sacerdos. Et confirmatur hoc ipsum in Parochio non Sacerdote, qui loco sui constituere potest Sacerdotem alium ad assistendum matrimonio, delegare alteri Sacerdoti approbat ab Ordinario potestatem audiendi confessiones suorum.

Quæstio 134. Num Vicarius sine speciali commissione Episcopi possit approbare confessarios?

Respondeo affirmative. Pirh. l. cit. n. 58. Laym. in c. ult. de offic. Vicar. in 6. num. 9. Venit enim sub nomine Ordinarii, ut Paris. de resignat. l. 3. q. 11. num. 22. juxta dicta spece à nobis supra. Quin & sub nomine Episcopi & Diocesani continetur Vicarius, ubi non est expressè exclusus, & sit res, quæ convenit Vicario in officio suo. Pirh. Laym. locis cit. Sbroz. l. 2. q. 43. num. 29. Garc. p. 5. c. 8. num. 52. citans Sanch. de matrim. l. 3. d. 29. num. 16. Suarez Tom. 5. d. 7. §. 3. num. 10. Spino. de testam. Gl. 15. num. 29. Felin. Franc. & plures alios. Et sic in specie, ubi Trident. Iess. 23. cap. 15. approbationem confessariorum injungit Episcopis, non excluditur eis Vicarius. Pirh. Laym. Sanch. locis cit. atque ita approbationem hanc fieri posse à Vicario tradit Suarez Tom. 4. d. 28. §. 5. apud Laym h. cit.

Quæstio 135. An Vicarius quoque sine speciali commissione dare posset licentiam subditu eligendi sibi confessarium?

Respondeo: videri id posse Vicarium ex eo, quod non mihi sit proprius Sacerdos sui subditu quam Episcopus, juxta dicta quæst. antepenult. ante hanc. & ut Sbroz. l. 2. q. 15 num. 1. possit id ipsum Episcopus potestate ordinaria. Quin & de proprio Sacerdote generaliter loquendo id asserit Sbroz. l. cit. quod eligendi sibi confessarium licentiam dare possit subditu, quamvis dicat Abb. in Clem. 1. de

privileg. num. 10. id damnare, dum sit, quod Officiale Episcopi non debeat se imminiscere in istis spiritualibus. & quamvis Sbroz. postquam cit. num. 1. dixisset: cum proprius Sacerdos sit quoque generalis Episcopi Vicarius, ut jam probatum, poterit dare licentiam subditu eligendi confessarium, qua a proprio Sacerdote postulanda, & obtinenda juxta c. omnes utrinque sexus. de penit. & remiss. & ibi Abb. num. 12. post Gl. v. obtineat. addat dein num. 2. declaratur autem hoc verum esse, ubi Vicarius ab Episcopo haberet talē potestatem, ut Archid. in c. 2. de penit. & remiss. in c. in fine.

Quæstio 136. An Vicarius posset publicè reconciliare penitentem?

Respondeo: quemadmodum ab Episcopo fiunt quandoque hujusmodi reconciliationes publicæ, dum crimen est gravissimum & publicum. Sbroz. l. 2. q. 18. num. 1. juxta c. finale 28. q. 6. & c. ministrare, ubi hujus rei forma ponitur, posse quoque illas fieri per Vicarium Episcopi ex speciali ejusdem mandato ait Sbroz. l. cit. num. 4. argum. c. Aurelius. 26. q. 6. pér quem textum dicat Gl. in c. 1. & 2. eadem q. v. reconciliare. quod possit etiam alias Sacerdos de mandato Episcopi facere ejusmodi reconciliationes. Non verò id possit sine speciali mandato; ed quod videantur esse reservatae Episcopis, non videantur posse exerceri ab aliis ait num. 3. qui etiam num. 6. principalem responsum, nempe, quod de speciali mandato fieri possit a Vicario, si sacerdos, secus, si non sacerdos, juxta cit. c. Aurelius. & cit. Gl. Limitat quoque num. 5. ut procedat, si Episcopus sit absens. Verum non video, quod si Vicarius habeat ad hoc speciale mandatum absolutum, cur non possit eas facere Episcopo praesente; cum in pluribus aliis ea, quæ non nisi ex speciali mandato fieri possunt, habito illo mandato, exerceri possint in praesentia Episcopi & quæ ac in absentia.

Quæstio 137. Num Vicarius Episcopi absolve posset à juramento sine speciali mandato Episcopi?

Respondeo non convenire in hoc A.A. nec fatus sibi constare. Nam primum negativam tenet apud Sbroz. l. 2. q. 187. n. 7. Anch. conf. 190. Ruin. conf. 26. in 4. Guido Papa decif. 140. Felin. in t. 1. de jurejur. dicens rectiore. Jafon. in l. nec quicquam. §. ubi decretum. vol. 4. ff. de offic. procons. dicens communem. Menoch. conf. 24. n. 11. in 5. Cephal. conf. §. l. n. 23. in 1. & conf. 653. n. 34. in 5. & plures alii, qui vindicentur nisi hoc fundamento, quod absolutio à jurejurando videatur esse quedam dispensatio; cum sit relaxatio juris communis; Vicarius autem Episcopi non possit dispensare sine speciali mandato.

2. Affirmativam è contra tenet ipse Sbroz. l. v. n. 2. ubi: verius esse arbitror, Vicarium Episcopi absolvere à jurejurando absque speciali mandato; quia negari non potest, quin ipsa absolutio & relaxatio sit jurisdictionalis; ut Jo. And. in addit. ad Speculatorum tit. de legat. §. num de Episcoporum & Felin. in c. 1. de jurejur. n. 20. & illa, quæ jurisdictionis sunt, transiunt in Vicarium absq; mandato speciali, &c. Item quia in relaxatione à jurejurando Judex competens est Judex ecclesiasticus. Ut Innoc. in c. debitores. de jurejur. Abb. inc. pervenit. eod. tit. n. 3. adeoque etiam Vicarius tanquam Judex ecclesiasticus. Pro hac sententia affirmativa citantur à Sbroz. l. v. n. 6. Paul. Castrens. conf. 216. col. penult. Alex. conf. 222. n. 4. in 2. Roland. conf. 34. vol. 1. Tolos. Boccat.